

2. *Quis Tartarorum genius?*

Domos plerique non incolunt, sed parva construunt tuguria, in acumen fastigiata, quæ carris imposita cum uxoribus, liberis & pecoribus secum, quò lubet, circumferunt, & obviis quibusque absumptis, aliò commigrant, gens hominum barbara, bellicosa, & rapto vivere assueta.

CAPUT X.

Mappa Geographica Asiæ.

1. *Quis Asia situs?*

Nobis Europæis ad Orientem, partemque potissimam sub zona temperata Boreali sita est, atque à Septentrione Oriente & Meridie vastissimo cingitur Oceano; Occasum versus mari rubro ab Africa, mari verò Mediterraneo & Ponto Euxino &c. ab Europa secernitur.

2. *Qua cali affectio?*

Autæ ad Septentriones perfrigida, in medio temperata, Austrum versus præservida est.

3. *Qua terra indoles?*

Septentrionem versus, ubi Tartaria major sita, terra vasta & horrida, magnamque partem nobis incognita est. Regiones verò mediterraneæ uti Persia, India, China &c. serico, aromatis, fructibus, gemmis, margaritis, auro argentoque abundant.

4. *Quis Asiaticorum genius?*

Varius pro vario regionum situ. Nam Zone torridæ accolæ Africanis similiore sunt, hoc est, inconstantes, vehementes, fari & austuti &c. languidiores contra ac hebetiores, qui ad Boream recedunt.